

permanere coguntur, quam arripuerunt, & nunc non amplius, per Naturæ operationem ad summum, hoc est, aurum, penetrarunt, quum ab ista operatione nunc auulsa fient. Iccirco ibi incipiamus, ubi natura cessare necesse habuit, impurum abstergamus, id quod etiam ipsa Natura fecisset, si conclusio montium, vel metallorum, & venæ terræ similiter arcte conclusæ fuissent, nec perturbare potuissent, impuram sulphureitatem absterfissent, Materiam, vel originem maturassent, & coxissent juxta rectam diuisionem, & mensuram juxta longitudinem idonei temporis, quæ ad operationem suam pertinere videbantur: & tunc ex illis nullum aliud metallum, nisi aurum factum fuisset: Natura siquidem in illa operari non desistit, dum adhuc sub terra latitant: nihil insuper ipsis quoque decedit, quam aqua, quæ apud illa superflua reperitur, & impuritas, cuius gratia auri formam non queunt per naturam adprehendere, nisi ista impuritas probe separata fuerit: qua de tamen in capite secundo non pauca adtigimus.

## CAPVT SEPTIMVM.

QVum itaque finalis ista vnitio metallorum, vel eorundem perfectio in ista commixtione non quærenda, dum vndique ipsorum origo, primaque Materia, per naturalem congelationem, propriamque formam, conclusa est, vnumque alterum soluere non possit, quam quantum res quælibet admittit, siue pura, siue impura fiet, tunc in specie sua permanere discupit, quatenus illam natura complexa est, nisi à contrario supereminente

Ggg

tiore

vid. in locis communibus  
Sub fit. Ultimam,

comparatio in ista  
etiam in ista  
etiam in ista

etiam in ista  
etiam in ista

etiam in ista  
etiam in ista